

The *Liber Pharetrae* Project

Liber 2: De principalium vitiorum et virtutum multiplicitate Caput 25: De charitate (14)

Idem (Gregorius), in *Pastorali*:

Nostra sunt etiam illa bona, quae imitari non possumus, sed in aliis amamus, et amantium fiunt quaecumque amantur in nobis. Hinc ergo pensent invidi, charitas quantae virtutis est, quae alieni laboris opera, nostra sine labore facit.

Nostra sunt nimirum, quae etsi imitari non possumus, amamus in aliis; et amantium fiunt quaeque amantur in nobis. Hinc ergo pensent invidi, caritas quantae uirtutis est, quae alieni laboris opera, nostra sine labore facit.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.10 (SC 382, F. Rommel ed., p.312, ll.44-48).